



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Petrus Vvrichtus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

*Humili-
tas.*

mittere . Probitatis magnæ,
ac doctrinæ famâ illud obti-
nuit, vt ne coryphæos qui-
dem hæreticorum cum So-
cietate conferendos esse
vulgo diceretur . Veneno
sublatum è vita rumor in-
cessit: neque id ab hæretico-
rum ingenio alienum fuisse
haud ambiguus experimen-
tis accepimus . Cæterùm

*In Socie-
tate Pater
cum qua-
tuor filijs .*

Carolo illud quoque pecu-
liare, ac inter paucos pro-
prium fuisse in Societate vi-
deri potest, quòd in illa secū
tres fratres suos, ac demum
Patrem quoq; Societati ad-
scriptos lætus aspexerit.

*P. Petrus Vvrichtus .**Anglus .
Londini .
29. Maij,
1651.
ætat. 48.
Soc. 22.*

Huius vitam & mortem
inter mortes illustres fusè
perscripsi . Post operam
religioni Orthodoxæ probè
impensam damnatus est ad
su-

suspendium, & consuetam
carnificationem, *tanquam*
Sacerdos Catholicus. Sub ip-
so patibulo quidam de So-
cietate illi, baiuli specie, ad-
fuit; & cōfitemem absoluit;
obtentu illo vsus; quasi ab
eo mandata extrema & se-
creta acciperet ad amicos
perferenda. Dicenti mini-
stro hæretico; illi veniam
eiurato Papismo minimè
defuturam, respōdit Petrus:
Faceffe, satan: si mille vitas
haberem, mille vitas morti li-
bentissimè pro Catholica reli-
gione offerrem. Magis tam
Catholicorum, quàm etiam
hæreticorum laudibus orna-
ta est illa Petri mors tanto
animi sibi præsentis robore
conspicua vsque ad omnium
admirationem.

Fides.

P.Tho-